indubie est de ulterioribus quam nepotibus equalis gradus. Sed de his qui
inequalis gradus sunt patet in auc. in successione vero alle. ti. C. que sic
dicit expresse nepotes et ulteriores in stirpes. supple succedunt. quia ibi hoc
verbum precedit et tamen hunc clausule est desierunt. Item insti. de here. que
ab intest. §. si. qui postquam dixit de illis qui equalis sunt gradus. subdit
mox de illis qui inequalis sunt gradus. in hec verba. Vel inter pronepo-
tes et neptes vel pronepotes et alias deinceps personas. Et sequitur quod
utraque progenies matris sue vel patris. avie vel avi paterne vel materni
portionem sine ulla diminutione consequantur. Ut si forte unus vel
duo ex una parte. ex altera tres vel maior extent. unus aut duo
dimidiam et alteri tres aut maior. alteram dimidiam hereditatis habeant
Ad idem facit tex. in auc. et de here. ab intest. §. si quis igitur vel
sic tamen alle. vel clare facit hic tex. Sit tamen si quem horum descendentium filios
relinquentem mori contigerit. illius filios aut filias. aut alios de-
scendentes. in proprii parentis loco succedere. supple volumus. sive sub
potestate defuncti sive sue potestatis inveniantur. Tantam de hereditate mo-
rientis partem accipientes quanticumque sint. quantam eorum parens
si viveret habuisset. qua successione in stirpem vocavit antiquitas.
subdit. ut et predictum est. in hoc ordine gradum querere nolumus.
et infra. Nullamque introducenda differentiam sive masculi sive femelle sint.
seu ex masculorum seu feminarum prole descendant. Ex quibus omnibus
satis clare patet. quod in descendentibus ulterioribus quam primi gradus. sive
equalis sive inequalis sint gradus servandum est ut semper succedant
in stirpes. Et quidem ex dictis. res non est dubia ubi unus. ab
solum uno gradu remotior est. sed vel pluribus. ibi volunt aliqui dubitare
an illi adhuc cum proximioribus succedant hoc tamen non dubitaret quin
in stirpem si succederent. Primum ideo volunt dubitare ex quo preallegatus
tex. non ita expresse de eis dicit sic de illis vel alter alio solum uno
gradu remotior est. ut hic innuitur. sed ex alle. textibus bene pensatis et
ex eorum glo. non possum aliud colligere. quin quod in infinitum remotio-
res cum proximioribus in stirpes succedant. sigwter in dudentibus

Interlinear and marginal glosses: principium secundi membri; succedunt; alle.; ex defuncto; eunt; quotcumque; ipsi; descendentium; sic ex progenie excludat alium; et non in capita; ordinis rei dubitandi; descendentibus; quod uno gradu

Concludit ex dictis quod stirpes ad longum prout et declaravit

Subdit quorundam dubitationem


© Universitätsbibliothek Freiburg

gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST